

De opere & elemosina

ac iustus est dī patris imitator est? Quae illa erit fīr kmī operantium gloria quam grandis & summa laetitia cum populū suū dñs coepert recensere & meritis atque operationibus iustis praemiis promissa contribuens. pro terrenis caelestia pro temporalibus sempiterna pro modicis magna praestare offerre nos patri cuius sua scificatione restituit eternitatem nobis immo stultitatemque largiri ad quam nos sanguinis sui uiuificatione reparauit. reducere ad paradysum denuo facere. regna caelorum fide & ueritate suae pollicitationis aperire? Haec hereant firmiter sensibus nostris. haec intellegatur plena fide. & haec corde toto diligitur. Haec in desinentium operum magnanimitate redimantur. praecleara & diuina res fīr kmī salutaris operatio. solacium grande credentium. securitatis nostrae salubre praesidium. munimentum spei tutela fidei. medella peccati. res posita in potestate facientis. res & grandis & facilis. sine periculo persecutionis corona pacis. uerum dī munus & maximum in firmis necessarium. fortibus gloriosum? Quo xpianus adutus per se gratiam sp̄talem. promeretur xpm iudicem dñm computat debitorem? ad hanc operum salutarium palmam libenter ac prompte cestemus. omnes in agone iustitiae dō & xpo spectante curremus. & qui saeculo & mundo maiores esse iam coepimus. cursum nostrum nulla saeculi & mundi cupiditate tardemus. si expeditos si celeres in hoc operis agone currentes dies nos. redditionis uel persecutionis inuenerit. nusquam dñs meritis nostris ad praemium deert. in pace uincantibus coronam candidam pro operibus dabit. in persecutione purpuream pro passione geminabit.

**DE OPERE ET ELEMO SINA EXPLICIT
INCIPIT DE MORTALITATE FELICITER**

Et si apud plurimos uestrum fratres dilectissimi mens solida est & fides firma & anima deuota. quae ad praesentis mortalitatis copiam non mouetur. sed tamquam p̄ra fortis & stabilis. turbidos impetus